

Exemplum libelli de Reformatione missi à S. C. M. Ferdinand. ad Romos 114
Patres sacri Concilij Tridentini, quem tamen Legati non praesentarunt.

1562.

(30)

Sacratissime Imperator, clementissime domine, articulos eos, quos Romani in Christo
 Patres S. M. N. Legati, ceteriq; R. P. et Venerabiles Patres in Concilio Tridentino
 congregati, de reformatione Ecclesiae proposuerant, reuerenter accepimus, ac
 legimus attente, animaduertimusq; uel in primis necessarium esse, et quasi
 faustum aliquod tam salutaris negotij esse exordium, si Romani Patres a medica
 tione eius morbi, qui huiusmodi exigua huic uniuerso populari malo occasionem
 prebuit, tam sanctorum opus auspicarentur: quandoquidem cum ipsam Synodi
 felicitate absoluebat modum, atq; ordinem summopere multi p. uiri, et loci
 excipuerunt hactenus, nihil opportunius arbitantes nunc in Concilio fieri
 posse, q. si prius de morum, abusuumq; reformatione tractaretur: Postea relictis
 huiusmodi controversis dogmatibus tractari. At uero quoniam sacra Ces. M. V.
 petuit a nobis clementer, ut quid de propositis articulis sentiamus. Nequaquam
 eos istiusmodi esse putemus, qui in hisce Septentrionalibus Prouincijs, ad
 extirpanda uitiosorum morum, atq; abusuum Europa satis efficaces esse
 uideantur: Proinde Sacratissimi Cesar, tametsi non obscure cognoscamus
 q. hoc arduum sit, et q. graue negotium, nec etiam ignoremus, nobis neq; tantum
 iudicij esse, neq; eam rerum Germanicarum experientiam, ut quid in hac
 tam miserabili rerum conuersione factu. optimum sit, ad amissum expen
 dere possimus: malumus tamen inconsideratus obediunt, q. cautius
 inefficaci egisse uideri. Quam sane ob causam, speramus, planeq; confidi
 mus, si quid uel parum circumspecte a nobis uel non satis prudenter
 praepensum fuerit, id non in sinistram partem accipi oportere; pra
 sertim, cum q. non simus, qui leges sacri Concilij accipere, non dare
 se paratos profiteantur.

Quod aut sacra *Conc. M. V.* tantopere hoc Tridentini Concilij nego-
cium urget, et in omnes partes oculos conuertit, eaq; desquirit cuncta, que
felicem tam sanctæ rei successum præbere possunt, et que impedire, amoueri
conuulsi. Facit si tenq; Catholico Imperatore dignum, cum sit super-
mus Catholica Ecclesia aduocatus: cuius hoc uel maximum officium
esse uidetur, ut quoad eius fieri potest, laboranti religioni Christo-
anorum opem ferre conetur, elaboretq; hoc sæculo, ut lacerata Ecclæ
concordia sarciri queat, et dissidia tolli: quibus iam non paucis annis
uniuersus orbis Christianorum perturbatus, colliditur, non absq;
ingenti detrimento humana salutis, nec sine blasphemia Diuini
nominis. Atq; quidem ardens Studium, et hunc istum quam *S. C. M. V.*
Zelum, scimus non eo dirigi, ut uelit ullo modo quicq; præiudicatum
uel *S. sedi Apost.* uel huic ipsi sacro Tridentino Concilio: sed ut
eo ipso se filium *S. Matræ Ecc.* obedientem, et sancto Concilio pro-
tectoorem declaret.

Præterea uero, cum *S. C. M. V.* (ut explicatius quid in utramq;
partem deliberandum uideatur, quæ disputare) idcirco nobis et
pluribus alijs *pys*, peritisq; uiris id negotij dederit, ut fontes inqui-
rantur, et quibus hæc malorum, serua promanauerit, et quoniam modo
auerti posse existimetur: id sane eiusmodi nunc esse apparet, ut
potius quid non expediat, q; quid expediat dicere nobis in promptu
sit; quando eo hæc tuos progressa sit, quo peccata meruerunt nostra.
At ne nihil tamen egisse censeamur, ea sane omnia, que ab alijs doctis
hominibus, et rerum Germanicarum peritissimis in hanc deliberationem eo-
pore promota, atq; disputata sunt in breue aliquod contrahemus compen-
dium

lium; ne uidelicet, tam nostris, quae exigui iudicij sunt, q̄ doctissimorum
 hominum, qui hoc saxum diu uoluntauerunt, consilijs nris uoluisse intel-
 ligamur, sunt autem ea, quae illi attulerunt in medium haec: primum
 ut initio accurata quaedam institutio, tam in populo, q̄ in clero, reformatio
 morum: deinde, ut eam reformationem continuo subsequatur solida qua-
 dam Ecclesiarum dogmatum, de quibus haec aetate nostra coeptum est
 controversari, explicatio. Etenim, in hisce duobus, quantum fuerit ritè, fe-
 liciterq̄ constitutum, tantum omnino labanti Ecclesiae allatam uideatur
 auxilij, uicissimq̄, quantum in eisdem, uel oratum ignorantor, uel pee-
 ratum temerè, tantum quoq̄, cernatur coram presentis exitij

Quapropter, non quid maxime ipsimet cupiamus, tam spectandum erit,
 q̄ quid rebo consilio effici possit, et ratione quadam obtineri. Quam uerò
 longè, lateq̄ pateat, hoc reformandi cleri negocium, et hic refutandor,
 errorum labermentus, totius Europa ambitus, Italia fortassis et Hispania
 ab istis errorum diuerticulis excipiantur, nos non ambignè docere queunt

Quam sane quasi Occidentis orbis contagionem si quis pensulati consi-
 deret, non obscure poterit, quae in angustia haec sacrosancta Tridentina
 Synodus uersetur, intelligere. Itaq̄, uiri prudentes consent, eatenus p̄nti
 Concilio modum constitui oportere, quoad possibilitis sit exequendi facultas,
 Haec autè qualis nunc, et quanta reperiat, norunt omnes, qui quid in
 orbe Christiano agatur, non prorsus ignorant: nimirum, eo in statu iam
 res Catholicae Ecclesiae sunt, ut duo proponenda uideantur: quorum al-
 terum iam conficiendum in Tridentino Concilio uidetur, quippe ut reformetur
 clerus, abusus tollantur, et conformentur reliquae religionis Catholicae:
 alterum cum uariae exorta sint de uero scripturarum intellectu dissensi-
 ones, ut ratio tandem aliqua inuatur, qua uel integre concordia sagiri

possit, uel saltem de praecipuis Catholicae fidei articulis consensio statu.
quamq; uero utrunq; hoc uel imprimis eodem hoc tempore necessarium esset,
siquidem neutrum potest citra ingens Christiana Respublica suspendium
omitti: tamen res ipsa ostendit, uehementer requiri, ut initio nostras partes
emendemus, atq; confirmemus, q; nullam possimus cum his qui antiquae re-
ligioni aduersantur disputationem inuicere. Proinde de reformationis
neg. deq; confirmandis Catholicorum reliquijs, principio aliquid admo-
nere. postea non nihil de reducendis aduersarijs meditandum erit, sed
erunt fortasse, qui doctrinae Christianae explicationem praecedere mallent,
reformandi autem studium subsequi debere: ne cum illa regula morum
sit, hi citra illam parum recte in Ecclesiam introduci queant, parum effi-
caciter in populo plantari, parum fructuose in tam diuersis humanae uitae
studijs in messem adollescere. At uero quis poterit ire inficias turpem cleri
uitam dedisse his miserandis relapsi populi diuertentis grandem occa-
sionem? sal terrae debebant esse sacerdotes, uti nos docet ipse uere sa-
cerdos IESVS CHRISTVS sed quid euenit? sal emareuit, mutulus
factus est, foras eiecitur, pedibus conculcatur. sed quorum hoc facti
culpa est? eorum scilicet, qui cum debuissent esse pastores gregis dominici,
pascabant semetipsos, gregem autem domini non pascabant. Itaq; iam
tempus illud incidit, quo dominus requirit oues suas de manibus
illozum, faciatq; eos cessare ut ulterius non pascant gregem ipsius.

Tametsi uero dominus misericors est, ac dicit Conuertimini ad me, et
ego conuertar ad uos: et alibi, per Prophetam exclamat. Munda-
mini, qui fertis uasa dñi, Verum an non tamen obdurent potius corda
sua, cum hos sermones domini audierint, q; sese, uitamq; emendent
suam, uita loquatur operum, mores declarant, res ipsa per se
locuples testis

locuples testis est. Quod autem ista clericali vitæ labes non dedezit
 huic tanto defectuons, hæresiumq; malo magnam occasionem, pro-
 fecto nemo est, qui negare possit, cum uno ore, idem conquærantur, unicee,
 si homines, præsentim cordati, ac pîj, quando luce meridiana patet
 clarior, nullare magis populum a clero animum alienasse suum, q; ob mani-
 festam hanc istam impuræ vitæ turpitudinem, uariosq; alios Ecclesiasticarum
 rerum abusus, qui diu socordia Prælatorum dissimulati, nunc demum Diuino
 permittente iudicio, crudeliter vindicati sunt furore populi. Habitant hæc
 istæ sordes in oculis hominum, cordibus Emmeptum infixæ sunt, odio flagrat
 cunctorum Catholicorum, æquè atq; aduersariorum. Unde id iam euenissi ui-
 demus, ut gloriæ, præsentim aduersarij, oculis omnem renuant cleri con-
 speltum, auribus respuant omnem cleri authoritatem. Quam sectarum
 duces adepti occasionem facili absq; ullo negotio utramq; populi aurem oc-
 cuparunt, neutram reliquerunt clero, eiq; causam perduxerunt suam, ut
 neq; Catholica ueritatis doctrinam defendendo, neq; se purgando, si inno-
 centes sint, aut si rei, exprecando ullam queant audientiam apud ad-
 uersarios obtinere. Quapropter, cum mali mores cleri ad hanc deflectione
 populi causa quadam sint antecedentes, et quasi ~~congrua~~ ^{congrua} ~~ta~~ ^{ta} ~~quo~~ ^{quo} censet
 uiri graues, primam huius tanti morbi medicationem a sanandis au-
 ribus, oculisq; auesti populi inchoari oportere. Quoniam uerò duo
 cum sint malorum genera, quæ istos populi sensus a Catholica religione
 auertant, morum turpitudos, et rerum Ecclesiasticarum abusus, quæ sic
 oculos populi aperuerunt, ut in uitra cleri sit oculator q; Lynceus,
 sic aures ocluruit, ut ad audiendam causam cleri sit aspidæ surdior:
 putant pîj et Catholici uiri, si clerus suspici uelit, magniq; fieri docet,
 omnino necessi fore, ut authoritatem suam, quam turpiter uiuendo
 amisit, inculpate, honesteq; agendo recuperet. Etenim hoc unicum est,

Fidi post ecclie si
 audiui libenter
 dum populum

si usq̄ ullum est. et primum penitus tollendi huius Occidentis mali au-
spicium. Quia uero (quis, impetratur?) habuit eundem causam et gravem
illius cleri spurcitiis, non modo tot gentium Christianarum deflectioni
ansam, sed eandem rebellionem etiam nunc eidem morum contagijs et
alio, et fouet, et auget in diem magis, atq; magis: idq; adeo impudenter, ac
pertinaciter etiam, ut clerus uniuersum Ecclesie decus funditus euertere mali-
uideatur. q̄ unam inquinatam uitae maculam sibi abstergi permittit. Quot
enim, et quoties non inuitos reformationum formulae propositae sunt cum a
PAULO TERTIO Rom. Pont. tum a diuo CAROLO QUINTO Imp. re-
quem autem tulerunt hi tanti conatus fructum? cum scilicet, ut postea
facta sunt deteriora prioribus. Videri haec enormia uitae populus, notant
Principes, fremunt uniuersi ordines Christianorum, odiumq; hinc tantum
excitabit, quantum satis esse potuit ad conuertendam incredibilem populi
in clerum inuidiam: quae dum Pontificum animos exulcerat, plebis aures
auertit, dum eundorum oculos perstringit: manebit haec animorum disuulsi-
ualetit haec ista morum turpitudine plus in clero, ad haereses nutriendas, q̄
ueritas doctrina in Ecclesia ad concordiam constituendam in Christiano populo

Quamq; uictiose hoc populus quidem, cum fidei Catholicae doctrinam non discernit,
ab impura uita cleri. Verum quid facias? Imperitum uulgus non facit seculi
cuius haec in re infirmitatem clerus sua integritate subleuare debebat
minime ignorans, quod Ecclesiae doctores ab ipsa luce, lux mundi appeti-
lati sint, et haec lege penitus ut luceat eorum lux coram hominibus, et cu-
hi illorum bona opera uideant, glorificent caelestem patrem. opportuni
quidem. Nam uidemus indoctam plebem citius honestae uitae bonorumq;
operum exemplis moueri, q̄ intricata illa Ecclesiasticorum dogmatu
subtilitate erudiri. Bona aut opera cleri sunt, primum ut sanam doctrin-
am ab Apostolis profectam in uniuersaq; orbi Christiano dispersam atq;
propagata

propagatam doceant, scilicet ut caste, ut sobrie, ut pie, honesteque uiuant
in hoc saeculo, non minus morum honestati illustres, quam doctrina admirabiles.

Quandoquidem ergo sic uulgus, sic populus, sic Principes in clerum affecti
sint, tantoque in Ecclesia proceres odio flagrant: estne uerisimile, ut eos
eiusa sua aliis per se non bona, iudices fore patiantur, quos uti capitales
hostes, hominesque impuros sibi iam pridem persuaserunt? non uidetur.

quoties audiunt aduersarij mentionem fieri reformationis morum, siue
explicationis dogmatum, tum illi contestim, medice cura te ipsum. Turpis,
immo enim aut esse, eum, qui cum aliorum se medicum professus sit, ipse
semet diuersis scateat ulceribus. Itaque non absurde D. Gregorius eos

sepius purgari oportere, per quos aliorum culpa feciri debeant. Quanti mro,
centis uitae opinio sit apud homines, uadys solet, ac diuersis ostendi ex
emplis: historia tradunt, Sparta euenisse hominem uigerosum quidam illi
at moribus plane impurum: qui cum difficili quodam Reip. tempore salutare
consilium se habere ostendisset, a populo auditum non esse, quod inusitatum
putaret. ~~Et~~ uase obsoleto, atque uerdido liquorem sincerum promi solere.

Tanti nimirum momenti est in iudicio rudis populi opinio sinceritatis
quamobrem putant uiri graues in eruditum populum qui doctrinam a
moribus doctorum non discernit adduci non posse, ut sibi ullo pacto
uel aliquam credendi regulam, uel legem uiuendi tradi patiantur, nisi
eos, qui alios ueritatis, uirtutisque disciplinam docere uelint, ab omni
uiciorum labe repurgatos uideant. Itaque redemptor CHRVS non solu
dixit, qui sic docuerit, sed addidit etiam, qui sic fecerit magnus uo-
cabitur. Nam haec duo semper coniungi oportere suo declarauit exemplo,
cepit enim ille et fecere, et docere. Huius salutaris praecipi suum Ti-
motheum admonuit D. Paulus. Forma inquit esto fidelium in sermone, in con-
uersatione, in dilectione, in Spiritu, in fide. Tanta quidem catholica fidei
euidencia inest, ut ipsa lux per se satis sit ad ueritatis iudicium, sed

sed cur hæc ista euidencia nunc non apparet aduersarijs! cur repugnant!
cur tenebras eam lucem dicunt. quia enim sic est, ut uis quidam non insensu
dixerit animi affectiones recto iudicio plerumq; nebulas solere obfundere
ne queant lucem ueritatis cognoscere. Ex clari aut grauis moribus adeo gra-
ua affectiones insoderunt populo. Ut cum huius iudicio crassa sit obducta
caligo, nec possit, nec uelit Catholica fidei nra euidenciam contueri, nudi
perhibere. quo aut enemate uitrosos istos affectus ex cordibus hominum elui,
quo item collyrio caliginem recto iudicio offusam abtergi posse putamus!
Profello non alio, nisi ante omnem de dogmatum controuersijs susceptione
clerus in moribus ritè iuxta antiquos Canones reformetur, et ex Ecclesia
tollantur multiplices diuersarum rerum abusus. Verisimile est omnino
si Principes, populusq; seductus, Catholicum clerum uideant ab his istis
repurgatum sordibus, qui confestim depositis priuatis animarum affectibus
sunt citra præiudicium ipsam controuersie religionis causam sincero iu-
dicio estimaturi, alteramq; aurem Catholicis præbituri, alteram suis
Quamq; uero necesse est fieri scandala, sed uae homini per quem fiunt, præ-
sertim clero, qui, sicuti supradictum est, saltema esse debet. At uero si
sal insulsus, si emareuit, si non modo inutilis, sed perniciosus etiam, quid
consuetum aliud, nisi ut foras eiectus pedibus conculcetur. Eiei aut nunc
clerum, conculcari pedibus, pro nihilo haberi, et tanq; publicum offendiculum
deuoueri diuis, haud paulo plus. Verum est q; minime falsum esse cleri mo-
ros insulsos, esse uanos, esse turpes, esse æquè Ecclesie perniciosos
ac Deo execrabiles

At querit fieri quisquam cuiuscemodi hoc Conciliū futurū sit, in quo
duntaxat morum censura exerceri debeat, doctrina omitti, quando
hæc illorum semper corrigendorum fuerit regula. Si de reformandis
Catholicis hoc intelligendum est, nemo nostrum dubitare debet, quin
doctrina

doctrina apud nos integra sit, nec ulla admodum ageat disceptatione, sed eam, sicuti antea semper, ita nunc quoque esse legitimum omnis Christianae uitae Canonem. Sin contra de corrigendis Seltariorum moribus dicitur, nullam illi a nobis doctrinam quasi uitae honestae regulam receperint, nisi ipsi sacerdotes nostri prius correchi appareant. quod etiam fortam nonnulli conquiri possent, si morum censura ita, sicuti decet, integre tractari deberet, longo fore temporis spatio; nequidem plerique iam graue sit Triden comozari ductus. itaq; moru censuram suspendendam uideri, et peccandum in dogmatum explanatione. Nulla hac ratio est, tempus ad utrumq; requiritur, et tantum omnino, quantum expediendo utriusq; negotio abunde satisfuerit. Atqui uero si illum temporis fastidium tam sancto tamq; necessario in negotio locum habere deberet, satius fuisset Concilium non indiri, q; inditum non uelle ad eum, quem res ipsa postulat finem constanter perducere; cum absurdum censeari possit, si Concilij negocia ex temporis spatio, et non temporis spatium ex Concilij negotijs metri uellemus.

Quapropter, cum id ratio suadeat, cum haec tempora idem efflagent, cumq; omnes uiri prudentes unanimi consensu idem statuant, ut necesse sit moru emendationem initio sic tractari in hac sacra Synodo, ut deinceps de controuersis dogmatum disceptatio legitime institui possit. Confidimus itaq; Pmos Patres in hoc sacrosancto Concilio congregatos, nihil neq; prius, neq; praestabilius ducturos esse, q; ut primo quoq; tempore hoc emendationis opus melioctur, et ad optatum, felicemq; finem perducatur. Nec diffidimus etiam, quin ydem Pmi Patres cum uideant reformationis tractationem procedere debere cum pium Zelum nostrum, non modo non reprobentur, sed locu ei suum ex legitimis causis clementer tributuros esse, si sinceris animo, et summo erga Pmos Praes obseruantia, ea quae in eundem reformationis usum necessario adiucunda exultmantur,

Breviter recenseamus, habita praesertim accurata quadam, et per
 necessaria ratione huius corruptissimi saeculi: cuius morbum aequè
 propemodum difficile est rede cognoscere, q̄ arduum radicibus sanari
 comiti: quae aut illa, et qualia sint, quae adijcienda putantur
 et q̄ longè, fusèq̄ pateant, ipsius negocij natura, atq̄ uis docet. Nam
 si id, quod Catholicis populi adhuc reliquum est, ut saluum maneat,
 tueri uolemus (sicuti certi uelle debemus) principio necessariu
 erit, ut turpes deni mores emendentur, et amoueantur ab Ecclesia
 quae nallada. multiplices abusus: deinde opus erit, ut nobis aduersum populum
 reconciliare conemur, ac profligemus ex Provincijs Catholicoru
 Principum seclarios duces: tunc ut de bonis Ecclesiasticis fiat mentio
 quadam. Postremo ut Romani Patres de nonnullis quæstionibus præ
 cidendis tempestiue admonerentur. De prima aut parte initio, quæ
 cuiusmodi est, ut sequitur.

I

*nota de reforma
trone Pont.*
 Primo, S^{mus}. n. Papa PIVS per sacrum Concilium exhortandus
 atq̄ orandus est, ut sicubi forsitan circa S^{his} quæ personam, statum,
 et curiam suam, nonnulla esse perbrexerit, quæ emendatione
 agere uideantur, ea in melius reformari benigne patiatur.

Tunc enim S^{tas} sua maiore cum auctoritate de aliorum erratis iudi
 care poterit, cum semetipsam inculpatum iudicem cunctis exosi
 fuerit. Nam eiusmodi hæc tempora esse uidemus, quæ iam nunc
 uita morumq̄ integritatem requirant in Proceribus, praesertim
 Ecclesiasticis, ut uix satis esse uideatur omnem cuiusuis fla
 gitior criminis culpam præstare, sed etiam, ut omnem (si tñ
 fieri posset) criminis delicti suspicionem uitare oporteret.

*fuert. tollere
auferre/aut
exulare*

Metuntur enim hoies per seclarios seducti ex S^{te} primitiua
 ea^e

ecclesia mores presentis saeculi. Quapropter, dubium non est, quin
 PIVS Pontifex S^m D. N. habita ratione paterna pietatis sua, et
 infirmitatis in decepto populo omnem sit rationem mitans, ut si
 quid tale in curia sua animadverterit, quod populum, nationesq,
 ceteras auertere posset, atq, ab amore, obedientiaq, R^oca sedis red-
 dere alieno rem, primo quoq, tempore emendetur, atq, amoveatur.
 Cum hoc pium Patrem vel imprimis deceat: qui non tam dura legu-
 disciplina, q, paterna uirtutis exemplo filios suos instituendos,
 corrigendosq, arbitretur.

II

Grauis quidem iam olim fuit, et ad huc est multorum prou^o querela
 quod nimis illa numerosa Card^l multiplicatio onerosa sit et parum
 decora ecclesiae. Opes enim ecclesiae a tam multis Cardinalib. exauriri
 nec raro in eum ordinem parum idoneos coaptari, qui officio
 potius sint, q, necessarijs ecclesiae functionibus apti. Itaq, S. D. N.
 rogandum esse ut hunc statum, si non ad duo denarium R^oloru,
 saltem ad duplicatum uiginti quatuor cum duobus supernume-
 rarijs Cardinalium numerum pro gubernanda uniuersali ecc^o
 sufficientem limitare, et contrahere dignaretur, prout in Cone^o
 Basiliensi solemniter constitutum esse perhibetur.

III

Tametsi uero Rom. Pontifex maximam habeat dispensandi potestatem
 praesertim in his, quae iuris positum sunt, tamen animaduertendum est,
 quod nonnunquam ex uoluntate dispensationes ad exteras nationes adferantur
 quae plene publicis scandalis sunt, quaeq, auctoritatem Apostolicae sedis
 non imminuunt tantum, sed dedecorant etiam, efficiuntq, tandem, ut

omnes alia dispensationes etiam legitime facta, uilescant, atq; contem-
nantur. Pie itaq; Pius. P. S. D. N. coeteriq; Rom. Pres in hoc con-
gati diligenter provideant, ut scandalum hoc ex Ecclesia submoueat,
neq; in posterum aliquid tale dispensetur, quod aut ipsos sacros Canones
sua penitus autte orbare, aut offendiculosam aliquam abusionem, ea
illa dispensandi potestate indignam pra se ferri uideri posset.

III

di Exemptionis.
con. iura

Eadem est ratio de exemptionibus contra iura communia passim concessis,
ut scilicet aucte Concilij reuocentur, omnesq; ^{Basilica} et monasteria utriusq; sexus
sub illius Episcopi potestate consistant, in cuius territorio uel Diocesi
posita sunt, ut sacri disponunt Canones.

V

de no retinendis
plurib. beneficijs

Etsi aut in Superiori Tridentina Synodo saluberrima sanctiones
promulgatae sint, de abroganda pluralitate dignitatum et beneficijs
Ecclesiarum, de personali residentia, de incorporationibus, ac
congruarum partium assignatione, et id genus alijs. Videmus tamen
eiusmodi statuta hactenus suum non ferri effectum, sed plane negly
prosusq; contrarium fieri. Videmus enim etiam nunc non uni unum
beneficium conferri, sicuti decretum fuit, sed a singulis etiam
Episcopalis, plures Praelaturas, plures Canonicatus, plura deniq;
curata beneficia, si non directe, per indirectum tamen, malis qui-
busq; artibus impune impetrare, atq; teneri, qua sane dignitatum
beneficioruq; pluralitas, eorundemq; siue uniones sint, siue incorpo-
rationes, siue reservationes, siue comenda, ac grus eiusdem similia

profecto

profecto non extrema causa sunt, quod tot passim haereses exortantur
 totq; schismata ubiq; Christianarum gentium Ecclesiam Dei miserabiliter
 uexant, atq; dilacerant. Quia enim nonnulli pactim Simoniacis artibus
 pinguiora Ecclesiarum emolumenta ad se rapiunt, ac ipsa ministerioru
 onera in Vicarios reijciunt. Fit plane, ut mercenarij ita faciant, quemad-
 modum de ijs dixit ipse Dominus, hoc est, quoniam praeter conducti laboris
 mercedem nihil spectant, gregem Domini uel negligenter pascunt, uel omnino
 obijciunt lupis, quos non tam ipsi fugiunt, quam cum eis co'manem ineunt
 societatem. Ac si qui tamen in tali gne hominia probiores sunt, certe ob
 tenuitatem adsignata mercedis saepius aut fame coguntur functionem
 deserere, aut inuiti sese ad secularios conferre. Interea pingues illi et
 Simoniaci cauponatores nulla cura tanguntur co'missi gregis, saluus
 ne hic sit, an pereat, bene ne an male pascatur a mercenarijs, nihil id
 putant ad se pertinere, nihilominus sedulo lanam et lac, et si quid
 praeterea emolumenti est, auide exposcet, ut sit unde omni generi libi-
 dinis, ac uitiorum copia et opes queant suppetere. Hinc defectus illi
 ministrorum piorum in Ecclesia, hinc neglectus, et diminutio predica-
 tionis uerbi Dei, omisio cultus Diuini, profanatio sacramentoru
 deserto Ecclesiasticoru officioru, hinc etiam tantus Auditoru, Bonaziuq;
 literarum, et imprimis sacrarum contemptus enatus est, ut in uni-
 uersis Germania gymnasijs, nunc uide tot Studiosi adolescentes,
 quot olim in singulis erant, reperiantur. Quis enim plantat ui-
 ueam, et non cupit fructum eius comedere? quis pascit gregem
 et lac de grege non desiderat? Qui altari seruit de altari uiuat
 inquit Apostolus et Moses. non ligabis os boui trituranti. Quid aut
 nunc fit? Certe per Simoniacas artes cunctis Studiosis, doctisq;
 uiris omnis aditum ad legitima uirtutum praemia praeccluditur.
 Cum pleraq; cathedra in Germania quasi ex lege constituta habent
 ne ullum habeant in Capitulo suo Doctorem, cum iam non solum

de resueta



docti uiri ubi desunt, summis præmijs ut adsint acceri deberent;
sed etiam studiosi adolescentes in diuersis alijs Academijs, ut deinceps
illoꝝ eruditio huic presentibus Ecclesie ruinis opem ferre possent.
Quamobrem, sacri Concilij fuerit, primum ut antiqui canones serio re-
nouentur, qui iubent singulis singula beneficia conferri, et hæc quidem
non nisi idoneis personis, plura aut uni, eidemq; non idonea, non uetat
solum sed solebant etiam olim penitus ulcisci. Demde bene p̄m̄i p̄s̄
operam, ut secundum Decreta Lateranen' Concilij singula collegia si
parua sūt, paruas Scholas, si magna, magnas erigant, statuantiq; om-
nino, nec ullum se Catholicici cleri seminarium posteritati relicturos esse
nisi sic singulis singula distribuantur beneficia, ut et Doctores
præterea complures alij queant, et mediocri multitudine studiosoru
adolescentum pariter sustentari necessarijs opibus Ecc̄a. Proui-
deant itaq; diligenter, ne posthac clerus connumeretur in duabus Eccl̄is,
suis, cum hoc negociationis illicita sit, turpisq; lucri potius, q̄ ullus
laudabilis mos uenerandæ antiquitatis in Ecclesia. Et deniq; con-
ductijs presbyteris non committantur Ecclesie, sed una quaq; cui fa-
cultas suppetit, proprium habeat sacerdotem. Ideoq; ad cauendu' re-
ctas et fraudes simpliciter statuatur quemlibet Archiep̄m solo et unico
suo Archiep̄iscopatu, quemlibet Ep̄m solo suo Ep̄atu, quemlibet Pra-
latum sola sua Prælatura, utidemq; Canonicum solo suo Canonicatu
et Parochum sola sua Parochia contentum esse debere. Consantib;
interea, nec obstantibus iuribus, consuetudinibus, exemp̄tibus
dispensationibus, incorporacionibus, reservationibus et Comendis
quibuscunq;. Nisi enim omnis Ecclesiasticarum dignitatum et be-
nificiorum nundinatio prorsus sublata fuerit, singulisq; Ecclesijs
singuli, non quidem mercenarij, nec conductiij, sed proprij mi-
nistri ad quos proprio iure oues spectent, sine personarum ac-
ceptione, sed solius uirtutis dum taxat, probitatisq; ac erudi-
tionis

tionis habita ratione, et qui perpetuo residere uelint, constituentur
 nullam omnino spem esse religionem Catholicam uel conseruari, uel
 instaurari unq̄ posse, omnesq̄ pri et periti homines Catholici palam
 profitentur

.IIV

VI

Quam dignitatis, et beneficia Ecclesiastica dentur propter officia, ac
 iura Statuant Canonica Episcopos in locis Cathedralium Ecclesiarum
 residere, eaq̄ qua ordinis et officij sunt Episcopalis per se exercere
 debere: cumq̄ tamen haec a pluribus non obseruari constet: sacrosancta
 Synodus Tridentina merito haec in se uigilare debuit, ut in postera
 omnes Epi in locis Cathedralium Ecclesiarum fixam teneant reside-
 tiam, nec quocq̄ temere exhaerentur, nisi ad suprema exigat necessi-
 tas Ecclesiae: nec officium quod suum cuiusq̄ Episcopi proprium est, in
 Vicarios transferant: sed cum Epi minus ut confirmare baptizatos
 examinare, atq̄ ordinare imbutandos, iudicia ecc^a exercere, celebra-
 re synodos, uisitare dioeceses, ac si qua eiusdem generis alia: debebant
 Epi haec officia tanq̄ propria, et sua non deponere, uicisimq̄ nec
 imponere uel suffraganeis, uel officialibus suis, sed ^{met} haec omnia
 administrare per se. Quod si uero haec omnino sine propter gra-
 uiores aetatem, aduersamq̄ ualeitudinem, siue ob alia quodam
 nimis ardua negotia, siue etiam propter imperitiam suam obire
 per semetipsos non possunt, detur opera, ne ea functiones Episcopales
 qualibuscunq̄, sed hominibus aptis, ac singulari doctrina, industria
 ac probitate praeditis, nec unico uicario, seu officiali quantumuis
 idoneo (quemadmodum plerumq̄ solet) totius dioeceseos admini-
 stratio in causis spualibus committatur, sed aliquot diuersis per-
 sonis discriminatum quarum aliae ob aliam eruditionis comen-
 dationem insignes sint, ut Theologis Theologica, Canonistis
 Canonica assignentur negotia, cum et neglectas partem uisita-



triones, diocesanasq; synodos singulis annis haberi mandentur.
quum sine his neq; veritas Ecclesie consistere, neq; ulla disciplina
cum populi, tum cleri retineri possit.

viii

Quoniam vero cum Ecclesia passim tam superflue dotata, atq; fundata
sint, ut ex earum prouentibus facile queant omnia onera que illis
omnino consueuerunt sufferri, cumq; ab ipsa Catholica Ecclesia gra-
uiter sancitum sit mysteria Dei gratis absq; ulla pretio dispensari
debere sub excommunicationis pena. magnopere denderandu' uideatur
ut eorum Canonum antiquus rigor in Ecclesiam reuocetur. Non enim
a baptizandis uel consignandis fidelibus, non pro Crismati, uel Eu-
charistia, non pro conferendis sacris ordinibus, non pro dedica-
tis Basilicis, non pro benedictionibus nubentium, non pro sepultura
non pro exequiis mortuorum, non pro munituris Ecclesiarum, uel alia
id genus spiritualibus, precia, uel premia ulla exigenda, atq; adeo
gratiam spiritali pro nullo pretio uendenda esse, Canones antiqui ue-
nerunt, et ipsa ecc^{ie} u^{tas} postulare uidetur. Non obstanti quacumq; consuetu-
dine in contrarium introducta, cum diuturnitas temporis non minuat, sed
augent peccata, prout sac^{ra} Conciliorum decreta, et sacri Canones testantur
quorum auctoritati iam pridem uiolata ceperunt penes omnia sacra et profana
in Ecclesia precio uenire, non absq; turpissimum questus auaritia. Qua
propter sacri Conc^{ilii} accurata inspectione admodum opus erit, ut hae ad
normam ueterum Canonum, quo ad eius fieri potest, reuocentur.
si qua aut fuerint Ecclesie passim, quarum adeo tenues annui
redditus sint, ut absq; talibus quotidianis emolumentis ministeria
Ecclesiastica sustineri non queant. Ita igitur ab opulentioribus
Ecclesijs subleuande sunt, ne cum alia abundant, alia iqualeant inopi-
parum equali conditione iugum Domini supportare cognoscantur.
Quam ad rem fortasse non inconsultum uideri posset, si queas be-
neficijs, quae tenuiora sunt, q; ut necessaria Ecclesie munera obiri queant
aliqua

aliqua non curata beneficia incorporarentur. quandoquidem alias in
comperbo sit, plerosq; Eusee beneficijs, qua animarum curam non habent
annexam, pessime abuti solere

VIII

De Symonia

Quia Symonicae heresis totum Ecc^{ae} corpus ita occupavit, ut morbus
ille ferè incurabilis esse videatur: itaq; quo periculosior haec pestis est,
eo magis sacro Conc^o emitendum erit, ut ab Ecc^{ae} sca q; latissime pellatur,
constitutionesq; Canonicae, tam veteres, q; recentiores contra Symoniam
adita innoventur, eazundemq; transgressores, remota omni miseri-
cordia severissime puniantur.

IX

De humanis co-
stitutionibus

Yetus quaezela est, ac a diversis repetita Doctoribus in nimis magnam
creuisse acerum humanas Pontificum, et Praelatorum constitutiones
et haec quidem obligatione promulgatas, ut si quis has quoquo modo, vel
saltem mediocriter transgressisset, mortalis peccati reus censeretur. Unde
multorum tales voces audita sunt. de levi iugo Christi, ac de lege liberi-
tatis iugum ferreum factum esse, onusq; supra modum grave, duxerit
premens comites Christianorum, idq; adeo, et ut tolerabilior sit Judaeorum
conditio qui dantur taxat sexcentis (aut circiter) legibus legibus obstru-
guntur, q; Christianorum qui gravantur infinitis. Inter hoc aut tam
diversas leges, ac varias quis Christianorum possit absq; perpensio cordis tremore
et excoernificata conscientia securius versari? Deliberent P^{mi} Patres
in Concilio an non expediret ut haec humanarum sanctionum multitudo
nonnihil contraheretur, resedus, abolatisq; superuacaneis: an item zelum
fiat, cum Praelati suas constitutiones, quae inuis positum sunt, aequè
obligationi Juris Divini

X

De exco-
municatio-
nibus

Quamq; vero s. Canones prohibent ulla exco-
munications censura in quibus
temere ex qua vis levi causa animadvertendum esset, cu sint certa quada
exco-
municati peccatorum gna expressa, ob qua hoc Ecclesiae fulmen evadendum

censeatur, nihilominus tamen compertum est, plerumque leuiculis de causis
et profanis quidem: nimirum, ut quia decima persoluta non sint, uel
quia debitor non soluerit usuram, et similia, non absq; maximo offen-
dulo in miseros hoies fulminari solere. Erat aut huius excommunicationis
gladius in primitiua Ecc^a quadam ueneranda raritate formidabilis;
nunc uero, per abusum in extremum uenit contemptum. Est enim ex-
communicationis (seu anathema) aeterna mortis damnatio, nec nisi pro mortali
crimine imponenda, et illis quidem solummodo, qui aliter corrigi non po-
terant. Omnis enim Christianus, qui a sacerdotibus excoicatur, et ab ecc^o
coione remouetur. Sathana, qui extra ecclesiam est, traditur; unde et
illos, quos Ap^lus Sathana esse traditos praedicat, excoimunicatis a se
esse, declarat. Erat ergo salubriter per sacrum Concilium prospiciendum,
ne Pontifices, aut Praelati, aut alij Ecclesiarum gubernatores, Sac^o ter-
ribili excoimunicacionis gladio extra casum peccati mortalis, et no-
torie incorrigibilitatis abueantur.

XI

Gravis uidetur abusus, omnem Diuinum cultum, ridicule, et neg-
ligenter sine deuotione, et reuerentia peragi, tantaq; praecipitatione
preces effundi, ut orantes, seu psallentes, ne se ipsos quidem intelligere
queant, nedum q; pie, et deuote psallant, canantue, expendere; quando
id curant unice, ut q; ocius absoluant, quiduis potius libentiusq;
facturi, q; huius Diuinis officijs studiose animam adijcere. qui abusus
et Deo ingratus est, et multis praebet occasionem ut minus libenter
sacris cantionibus intersint, confestim ex tali contemptu facti ab om-
nibus ritibus Ecclesiae alieniores. Cogitent ergo Rom^o Praes modum
quendam eiusmodi, quo haec uitia corrigi possint, ne uidelicet
quae Diuina sunt, tam leuiter praecipitentur. Adit deuotio, adit
animus diuinis rebus uacans, et quae cantantur, aut leguntur
pronuncientur apte, distincte, tractim, quo seruetur pia grauitas
ne plus ore, q; corde Deus coli intelligatur: neq; illud Prop^o Petri
nobis exprobari queat. Hic populus labijs me honorat, cor aut
eorum

quare infligen-
excoicatio

De praecipitib.
orationis.

coru' longe est a me. quid enim prodest strepitus uerboru', ubi
cor mutum esse apparet?

XII

De libris ecc.
congregatis

Cum negari nequeat temporu' uitio multa inepta, apocriphe, harumq'
ad sinceru' cultu' pertinentia, in cantiones, et preces Ecc^{le} irrepisse
sacro Conc^o emittendu' erit, ut libri Misales, Graduales, Antiphonarj
Agende, et Breuiaria religiose, ac diligent^{er} cognoscantur, et re-
purgentur, utq' nihil in Ecc^{le} legendu', canendu', exaudu', seu po-
pulo proponendum permittatur, quod non sit ex Diuinis literis
desumptum, aut Eusei omnino consentaneu', prout uel ex S.
Patribus, uel probatis Historijs ecclesiasticis demonstrari possit,
prout antiquis Concilijs cautu' esse cognoscitur. Et cum isthac pre-
cipitatio maxime per preces, et cantus plus equo prohibeores causet?
quibus ad fastidium usq' clerus grauatur, expediret utq' hanc tædio-
sam prohibitatem habito delectu rescari, cum melior sit quinq' psal-
moru' decantatio cum cordis serenitate, et hilaritate spuali, q'
totius modulatio Psalterij cum cordis anxietati atq' tristitia

XIII

De lingua
uernacula

Deniq' cum imperita utriusq' sexus populi multitudo in cultus Di-
uini ac Sacramentorum administratione lingua uernacula
usum magno opere uegeat: cumq' e' multoru' tam recentioru', q' ueteru'
Ecc^{le} Doctoru', et Scriptoru' monumentis utiq' constat, eundem aliq'
morem in usu Ecclesie fuisse, et etiamnu' alieubi, ut pote in Regno
Granata, et in Croatia esse, posset hie articulus quoq' in Concilio
proponi, atq' deliberari, an non Ecclesia, tanq' p^{ri}ssima mater pro
presentis temporis conditione permittendum existimaret, ut licet
alieubi Latinis canticis uernaculas pure omnino, et fideliter uer-
sas intermiscere, suo tamen loco, et tempore, et eas saltem quæ populi
deuotioni conueniat, nec p^{ro}fanet Diuina illa, et arcana sacroru' Biblioth^o mysteria

De cleri per-
uersis moribus

Dolendū profectō est, uniuersū clerum (proh dolor) a semitis, et ue-
ligij Patru ita enormiter degenerasse, ut omnis illorum, et uita, et mores
et cōuersatio cunctis s. Canonum decretis ex Diámetro aduersetur. Stat
apud clericos omne uitium in præcipiti, uesos scilicet in laqueū uirtu-
sum, et in omnibus locis ponentes scandalum, ut non immeritō quereat
et dicere liceat ubi est Deus clericorū? Interim promiscua populi
multitudo perniciosis istis offendiculis uerementer exacerbata, omnem
sacerdotica fidei nostra doctrinam, ex cleri uitijs metitur, quasi ex fructu
arborem aestimans. Eoq; tandem progressa est impudentia cleri, ut fla-
gitia quæ in laicis publicis pœnis uindicantur, ea sibi sacerdotes im-
punē quasi optimo iure licere arbitrentur: cum eorum tamen esset
quibus præesse debeant eos non modo qui eiusmodi crimina designant
legibus, et doctrina coercere, sed suo etiam honestæ uitæ exemplo illis
præuere, ne talia patrandæ esse unq; in mentem ducere uelint. Quocirca,
sacro Cone. cogitandum erit de rationibus quibus clerus ad uitam pu-
riorem reducatur: ut cum clerici uocentur, hoc est qui sint in
system Domini electi, id esse quod dicuntur, elaborent, tam uita,
q; habitu, tam exemplo, q; doctrina, idq; re ipsa, non uerbis haud
immemores, exempla q; uerba mouere.

De statu mo-
nastico

Non minus utriusq; sexus status monasticus ab institutis suis ad
modum grauiter degenerauit. Quoniam Prælati, et Regulares
olim orationibus, meditationibus, Studijs, et laboribus uacabant
ac in humilitate frugaliter uiuebant, et quæ ^{ultra} necessi-
tatem supererant in pauperes, et educationem studiosorū, quo
possent Ecclesie (uixi olim usui esse, utiliter expendebant.
Nam uerō quid sit? Neq; ullam Diuini cultus rationem habent,
neq; ullam obseruant regularis uitæ disciplinam. Prælati magna ex
parte ore Catholicam Ecclesiam profitentur, corde sunt hæreses
amplexi

amplexi: monastica bona surripuit, cenobia vastant: ut conventuales
 habeant, non dant operam: et si quos habent, eos sic tractant, ut aut Abbati
 fiant in omni qne flagitioru similes; aut si id non placet, aufugere co-
 gantur, abiecto monastico habitu, professionis suae immemores: unde non
 raro plena apostasiae crimen consequitur. Unde itidem et hoc euenire
 uidemus, quod in cenobys etiam opulentissimis uix unum aut alteru
 reperiatur monachu, qui uel propter paucitatem confratru, uel propter
 rudem imperitiam peragendo, Diuino cultui sufficere queant. Tales
 sut Patresfamilias plerunq illi, qui si ab Epabi iurisdictione exemptos
 gloriantur. si sane loco conuentualiu numerosum milium seruitorum
 et equorum familiam ad fastum, et pompam potius q ad necessitatem
 nutriunt, multosq otiosos, et uanos faciunt sumptus, omnia uel nimio suo,
 cui indulgent luxui, audaciter decoquentes, uel in priuata suoru amitoru,
 non publicam monasterioru (ut deceret) utilitatem conuertentes. quae cum ue-
 roa sint, q ut ulla conuersatione clari queant, sacro Concilio pensan,
 dum relinquitur, si qua ratione ordo ille monasticus, uel ad primeniam
 suam institutionem redintegrari, uel ad mitiores regulas relaxari, aut
 alijs legitimis modis, et medijs prouideri queat, ne tanta monasterioru
 bona, ac diuitiae tam flagitiose dispensentur, sed in alios aequè pios, et
 Ecclesiae Dei utiles usus deputentur, et conuertantur. Haec quidem sut
 quae ppi uiri et docti, et Catholici uisus articulus, qui de Reformationis
 negotio a Ppms Patribus Tridenti propositi sut, ut emendari clerus
 possit, et abusus tolli, adijcienda putauerant. In quibus licet multa,
 quae in specie pressius explicari potuissent, praeterita sut: in genere
 tamen possunt aliquid eoru admonere, quae cateruatim grassantur
 praesertim in Germania, caterisque uicinis prouincijs ac Regnis. Nec
 dubiu est, quin sua quaq natio habeat priuata quaedam, et pro-
 pria uitia, quae tamen cuiuscemodi sint, et qualia, non aliunde
 rectius poterit, q eius gentis indigenis cognosci. Quid potissimu
 in clero Germanicae nationis desideretur non plene quidem, at non

de Abbatis.

inutiliter tamen poterit animadverti ex ea reformationis formula
quam D. CAROLVS QVINTVS se me quondam proponi Imperij Statibus
curavit. Extant etiam alia quadam reformationum exempla ab alijs
quibus Archiepiscopis Germania tentata potius, q̄ in effectum perducta
qua non parum P̄mos Patres admonere poterunt de his quibus clerus
in Germania laborat

De supplone
Prelatis data

Atq̄ uero, quo propius P̄mos Patres, et clarius intelligere possunt qui in
Regnis ac Provincijs s. C. M. nr̄a immediate subiectis Status religionis
sit, tam in clero regulari, q̄ seculari operepretui fore arbitramur, si S.
C. M. Vra ipsis faceret istius supplicis libelli copiam, qui nuper oblatu
est, nomine Prelatorum eorum, qui in illa parte Archiducatus Austria
est, qua est ita super fluvium Anasum. Ex quo quidem supplicis libello
poterunt P̄mos Patres manifeste connerere, quid Sacra C. M. V. de instaura
tione Catholica religionis, deq̄ corrigenda disciplina monasterioru
nisi mature occurratur, sperandum sit. Quamobrem C. M. V. P̄mos
Pr̄es, pia quadam intentione summo perẽ hortari, atq̄ obtestari debent
hoc necessarium reformationis opus ut sibi uelint esse cordi, atq̄ sic
omnino statuere secum, nisi reformationis remedio Sisce miseris, afflictis
Catholicae religionis reliquijs, mature subuentum fuerit, in his Septentrio
ralibus provincijs de uniuersa fide Catholica breui altum iri, moram
enim Sac res nullam fert ulterioiorem, in forebus periculum est, in ipsa
penetralia sese ingerit, partim dolo, partim manifesta ui

Neg uero propterea quod C. M. Vra tam istam cleri reformationem tam
topere urget, debent P̄mos Pr̄es ullam concipere subiectionem quasi C. M.
id labore tantopere, ut reformationis censura tantum uelit uexar
cleru, ac secularem statum immunem prateriri. nequaquam hanc esse
mentem M. Vra scimus, quando constat haud paucioribus statum se
cularem, q̄ spiritualem utijs scaterẽ. Quin uero cu' ad huius poline
ordinis

de persona Cas. II.
reformanda

ordinis emendationem res dedulta fuerit, adeo S. C. M. Vra neminem
praeteri uolet, ut ne personam quidem uelit suam exemptam uideri, a
qua tanq[ue] a supremo capite initium sumendum statuit. Quocirca non
dubitamus quin S. C. M. V. parata sit omnium actionum suarum ra-
tionem reddere, Ac si quid forte ab se (qua humana conditionis fra-
gilitas est) delictum fuerit, id ingenue fateri uelit, ac emendare
serio: nec auxiliante Deo, ab illo officio quod pium, quodq[ue] Christianum
debet Principem, et Catholicum Imperatorem, qui se sanctae matri Ecc[lesiae]
semper obedientem filium exhibeat, recedere uelli nuq[ue] cogitauit

ca. excu.
latio

De reformatione quidem Sac[rae] breuiter P[ro]mos P[ro]u[er]s admonendos esse ar-
bitrati sumus, Idq[ue] ista lege quidem, ut hoc pro in Catholicam religionem
Zelo nro nihil auctoritati, uel s[an]c[t]i N. uel saerosae Tridentini Conely
praedictum uelimus, cuius iudicio sese aequae summi, atq[ue] infirmi reue-
renter subijcere debent.

Recapitulatio

Dictum superius fuit id imprimis committendum esse in Tridentino
Concilio. Primum ut uitiosi mores cleri resurgantur, tollanturq[ue] ex Ecc[lesiae]
abusus, deinceps restare, ut etiam cogitetur quonam modo Sa[er]dotes
Catholici populi reliquia saltem retineri in officio, si non adangeri
queant

Quamq[ue] uero si quisq[ue] ardentem ad defectionem, et ad Saecres pleriq[ue] omnes
hoies uant, contraq[ue] q[ui] difficulter perpauci queant in Catholica fide
retineri, consideret, apparet omnino omnem conatum ea in re esse
inane, ac uiri tamen prudentis non penitus desperant, si opportuna
adhibeantur remedia, quoru[m] alia extrema dici consueuerunt, quia extre-
mis morboru[m] periculis applicentur: alia molliora sunt, et malagmata
quodam suis attemperata morbis, qui ignem ferrumq[ue] reformident
mitiusq[ue] trahari uelint. Solers medicoru[m] regula est ut uerum axioma
longiq[ue] uis receptum contraria contrarijs curari oportere. Atq[ue] Ec[clesiae]
ita tamen ne remedij maior, minorue uirtus sit, q[ui] est uis, atq[ue] malicia

morbi. Itaq; si suum Ecclesie ius esset integru, ac inuiolatum, liceretq; ei
explicatis, non obsignatis tabulis rem tueri suam, non alia nobis ratio
esset medendi ratio, q̄ extremis malis extrema adhiberi remedia,
hoc est, quoniam falsa sectarioru doctrina est, anathemati feratur,
doceatur uerior. quoniam uitiose persona in clero sūt, et mutiles re-
moueantur, collucentur utiliores. quoniam iniuria sunt bona Ecclesiaru
direpta, iure repetantur, suoq; usurpentur, et legitimo modo. At uerū
quia languent uires Ecclesie, incisi sunt iudiciorum nervi, deest
exequendi iuris potestas, proinde necesse est, quod directi iuris fuit
hactenus, et rigidi, id mollioribus inflecti ambagibus; sed ea lege tamen
ne quid largiamur personarum fauori, quod Divini iuris est propriū
neue, quod placide possit, beneuoleq; componi, id temere, atq; acerbē
dilaceretur.

Consideret hęc Pp̄mi Patres, expendantq; pariter an non res ipsa effla-
get nunc aliquid eorū, quę iuris positū sūt a seueritate ecclesiasticā
casu constitutionū relaxandum esse. Quamuis enim contra Patrum
Statuta condere aliquid, aut mutare uelle auctoritas uetat Ap̄ca
id tamen præcul dubio de Statutis, Canonibusq; eis, qui iuris Divini
explicationem complexi sunt, intelligendum est, non de sanctionibus
positū iuris. Itē enim eiusmodi sunt, ut auctoritati suę Rom. Pp̄
sue alicuius Conclij et mutari queant, et penitus aboleri, etiam si
ita locus, tempus, persona ex necessarijs causis postulent. Quapropter
ne ipsi quidem sacri Canones repræsentūt, si Summa Statuta ra-
tione temporū uarietur, præsertim cum uel uegens quodam ne-
cessitas, uel euidentis utilitas id exposcat, quemadmodum sape
usu uenisse meminimus. Scimus enim Ecclesiam frequenter ea
sua usam auctoritate, cum illa plerasq; diuersorū Concliorū
sanctiones, quę ex certis causis, et circumstantijs, fuerant, postea
tamen aut correxit, aut mutauit, aut ademit aliquid, aut adiecit
nonnihil

De moderato
positio iure

nonnulli. Estq; hoc ut sic fiat, nonnunq; ualde necessarium, Quia enim temporu
 uicissitudines uariantur, nec mores hominum ijdem sunt nunc, qui fuerunt
 superioribus saeculis; ideoq; fit, ut nec eadem leges, quae de illis promul-
 gatae habentur, de hisce nostris haberi possint. Neque etiam haec nunc primum
 nata positum iuris uarietas. Legimus Moysen ex mandato Dei aeneum ser-
 pentem fabricasse, ut esset aduersus serpentum morsus remedium, eundem longo
 tempore post Rex Ezechias ex certis causis destruxit, atq; deleuit. Eadem
 aucte potest Rom. Pont. sen gnale **Omnes** leges antiquas de priscis moribus
 latis, mutare, et inflectere ad normam prae-seculi, modo id diligenter ca-
 ueat, ne quid in tali uariatione, quod ad substantiam pertinet diuini iuris,
 mutetur.

Stabilita igitur hac discretione inter ea quae diuini iuris sunt, et mutari
 non queunt, et inter haec, quae iuris humani, et mutari queunt, facilius erit for-
 sitan haec catholici populi reliquias conseruari, ut maneant constantes, q; uni-
 uersam, quae defecit multitudinem, reduci; aut aliquando resipiscat. Eam ob
 causam illud initio sibi uelint esse cura Rom. Patres, ut primum nostra robo-
 rentur, hoc alterum deinceps tentari poterit, cum tempus benigniorem
 (uenti speratur) occasionem obtulerit.

Duplex aut genus hominum est in Catholicorum Principum prouincijs, quibus
 opitulandum erit, si has cath. religionis reliquias inuolumes fore cupimus;
 inuiciditi et lasciuu sacerdotes, et populus ad haeresim ualde procliuus;
 quod uero ad populum attinet, sperant uiri prudentes, ac pii posse illum
 in disciplina cath. fidei retineri, si ea concederet s. synodus Trident. que
 iure concedere potest. Non quod C. M. V. pro se personaq; sua cupiat ullum
 prae-sec. Ecclae ritum mutari, satis enim ipsa est in fide cath. diuino aux.
 confirmata, sed quicquid hac in re consulit, facit id omnino publice tran-
 quillitatis causa, nulla habita ratione prauati, siue comodi, siue affectum
 ullius. Fundamentu aut eius sui cone' butant isti pii uiri esse, quia po-
 pulus uti rudis est, ita minus intelligit subtiles illas haereticoru asser-
 tiones, sed crassiores aliquot articulos, qui ueritatis beneu aliquam praesent

cohibendo po-
 pulo in officio

Gravi arte de
utraq. spe,
De esu carniū
De coniugio sacer-
dotum,

hos. seu h'

Articuli popul:

ferre uideantur, pertinaciter arripere solet, ab usq. se nullo modo dures
permittere. Eiuscemodi articuli aut sunt de utraq. specie, in coena dñi, de
esu carniū, de coniugio sacerdotum, ac si quid rerum simularum. Hæc qm in
sacris scripturis aliquam ueritatis euidentiam habere putantur, ob eos-
dem articulos, cum ad uulgi illecebras explicati sint credit populus etiam
religiosa sectariorum praua dogmata (etiam si ea non intelligat) recta esse
atq. salutaria. Noūt has populi affectiones sectariorum duces. Quocirca
cum hi se a Catholicis magistratibus peti animaduertunt, tum illi continuo
ad populum se, et ad nobilitatem conuertunt, uociferantes mutilari
Testamentum Dni, dum altera species denegatur; stabiliri doctrinam
demoniorum, dum sacerdotibus coniugium non permittitur, et populo
interdicitur esus carniū. Credit uulgus hæc scripturarū uerba per
se satis clara esse, ac ueritas illis Catholicorū explanationibus opus non
esse. Ea de causa imperitus populus, quoniam hos tres articulos putat
se recte in scripturis sacris intelligere, recte etiam a suis sectarijs ex-
plicari, atq. et cetera dogmata suorum seductorum, quæ non intelli-
git, uari defendit pertinacia

Uiri talium rerū ignari, ipsiq. uis edocti, arbitrantur non facile multi-
tudinem populi in Catholicorū principum prouincijs seductam ad uiam
reduci posse, nisi aut ipsi seductores Paroeci a foras optimis re-
uocentur, aut ab eis arte quadam, et industria subrahatur uulgus
si populus ea posset, quæ se de tribus illis articulis in scripturis sacris
credit recte intelligere, ^{obtinere a Cath. Paroecis, si aud. magnopere.} illum pro subtilioribus illis suorum duorum
dogmatibus, quæ non intelligit, pugnaturum esse, uerisimile est, cum in
plerisq. locis plebs aliàs studium nouitatis peritosa, iam cepit suos
sectarios Paroecos propter omne flagitiorū genus auersari, ob
solum coniugij usum adhuc amplectitur, uicissimq. in Catholicis sa-
cerdotibus cetera ferre potest, impurum uero calibatū extreme
odit semper. Quod sanè homines literati, qui honestioris uitæ esse
sudent

Student, utrumq; ceperunt pressius ad limam ducere. Eoq; fit, ut eorum multi idcirco ducant uxores, quia turpem in sacerdotibus nostris celibatū detestantur, contraq; a Lutheranicarum Ecclesiarum functionibus abstinēne se conquinant contagione hæresium. Itaq; existimant graves viri, ac docti, si laicis sub utraq; specie cōmunicatio, et doctis, hysq; maritis sacerdotum pōnet concedi, fore ut populus in officio Catholica fidei retineretur, et multi viri docti allicerentur ad Sacramentum Catholica Ecclesia

De utraque specie

Populus vero sicut antea dictum est, nulla re magis demeritur ad sectariorū nova instituta, q̄ quod legit scriptum esse Accipite, comedite: Accipite, bibite etc. Hæc verba textus de utraq; specie adeo, fixe, tenaciterq; insederunt animis vulgi, ut decies mori mallet homines, atq; extrema perpeti, q̄ ullam admittere de una specie restrictionem. Vidimus passim multos homines, qui cum cetera essent Christiani, tamen ob hoc tam expressū Dei verbum (ut ipi loquuntur) ad sectarios transire a nobis maluisse ut liceret utraq; specie uti, q̄ manere apud nos una contentos. Rudiuntur etiam Sæd rari passim in medijs gregibus sectariorū versantes, qui palam confitentur, se recta ad Papistas velle transire, si apud eos integrū esset sub utraq; specie Eucharistia sacramentum sumere. Mouet istos homines deuoto expressi textus, et quod audiunt apud Græcos utraq; specie usum inde usq; ab initio fuisse. Quin etiam ipsum Constantiense Concilium testatur discrete, eumq; fuisse morem cōmunicandi sub utraq; in Ecclesia primitiua. A quo nec alij scriptores graves dissentiunt. Multa solent a multis in Sane sententiam adferri, qua consilio præteruntur. Non enim disputandi, sed reuerenter admonendi causa hæc a nobis dicimus, ut eo diligentius cogitetur, quid pro sananda infirmitate sedulo horum hominum expedire posset. Hoc aut certum est ipsam quidem coronem Ducei corporis esse institutam ex iure Divino: laicum vero vel sub una, vel sub utraq; concari non Domini iuris sed positivi esse, res

ipsa docet, nec hoc dissimulavit Banleense Cone^m cum affirmat Ec-
clesiam ordinare posse, quomodo ipsius non conficientibus, Eucharistia
administretur, prout pro reuerentia ipsius Sacramenti, et salute
fidelium uiderit expedire, siue enim sub una specie, siue sub duplici
quis coicet secundum ordinationem, seu obseruationem Ecclesia
proficiat digne coicantibus ad salutem. Nec dubium est, quin eo quoque
respexerit PAVLVS TERTIVS Rom. Pont. cum omnibus per Germania
Episcopis concedit facultatem sub utraq^e specie comunicandi hos,
qui deuotionis sua causa, sub utraq^e mallet, q^{uod} sub una comu-
nicari, minime profecto eam facultatem largiturus, nisi utramq^e
uel alterutram speciem in laica comunione indifferentem iurisq^{ue}
humani, non Diuini statuisset esse.

Quod cum ita est, cur non posset uti sua potestate mater Ecclesia!
Quanta infirmitas sit in plerisq^{ue} hominibus, et etiam Catholicis, argumento
esse potest uel hoc ipsum utriusq^{ue} speciei tam ardens desiderium Cui si mi-
Ecclesia consulere posset aliarum consensu nationum, spes magna fore
uideretur, hae tam benigna concessione Pontificis, titubantes in officio
retineri, et zelapros erigi, paulatimq^{ue} ad gremium s. matris Ecclesiae post
reduci. Sunt qui arbitrantur eadem ista occasione et Boemos, et Ruthenos
et Graecos ad unitatem Catholicae Ecclesiae sponte redituros esse, quando
quidem et ipsi tot haereses, sectasq^{ue} peruersi ad concordiam Christiani
orbis aspirare uideantur. Quod omnipotens Deus patri misericordiam
aliquando perficere dignetur.

De esu carniuum, et uinijs non secus olim Aeriani aduersus Ecclesiam
atq^{ue} nunc Lutetiam debacabantur. Dixit enim Aerius, ieiunium non
est praecipuum, sed est Iudaicum quiddam, et iugum seruitutis. Post
enim non est lex posita, sed patricidis, et matricidis atq^{ue} similibus.
Si aut uolo ieiunare inquit, quamcumq^{ue} diem arbitrio meo mihi delego.

ieiunio

De ieiunijs
moderandis

ieiunio per libertatem Plane nunc sectarij eodem modo, eisdemq, pene uer-
 bis. At uero dubium non est quin diuina lex sit, ut ieiuent Christiani
 tametsi quoniam tempore, et quomodo id faciendum, iuris positui esse
 uidetur: quando in primitiua Ecclesia, neq, idem modus obseruatus sit, neq,
 idem tempus ubiq, . Quidam enim ante Pascha septem Sedomadas, quidam
 tres ieiunabant, quidam ad Eoram nonam, quidam ad occasu solis cibi
 sumptionem differabant. Fuerunt qui non a carmbus solum, sed ab omis
 etiam abstinerent, solis bacis contenti, aut piscibus. Reperit fuerunt, qui
 quod ab elixis abstinerent ieiunare *Enedogeri* appellabant. Qui quidem
 diuersus ieiunandi mos, non abstruse pre se fert, quod neq, tempus ieiunij
 neq, ipse modus sit Diuini iuris, sed humani. Quapropter, cum hoc Epi-
 curum seculum salutare illes de certo tempore, et modo ieiunandi
 sanctiones peccicaci quodam contemptu iam pridem usq, adeo uio-
 lare ceperit, ut etiam Catholicorum pleriq, ex conuersatione eorum, qui
 eas leges aspernantur, non usq, stricte obseruent antiquos ieiuniorum
 Canones: possit eam ob causam s. Triden' Synodus aliquid de pristino
 rigore relaxare, ut mitioribus Ecclesie p'ceptis plebs inuitata, in
 ceteris retineretur obedientior. sed hoc sicuti reliqua pro sua prudentia
 non negligent P'ni Patres, cum ea de re incidet deliberatio.

Christiani
seculi

De coniugio
Cleri

Quod ad coniugiu attinet, certum est, quod pleriq, iuuentutis ardore
 citius erroribus implicentur, q, possunt quid optimum factu sit, iudicare.
 Ducunt saepe adolescentes, literati quidem illi, sed rerum humanaru
 ad huc imperiti, uxores. Et cum alende familia non suppetant sumptus;
 paupertas impellit multos, ut etiam inuiti apud sectarios Ecclesiasticas
 functiones ambas cogantur: qui tamen postea, q, si ex euentu stul-
 torum magistro agnouerint deceptos esse, nihil magis cupiunt q, si possit
 se a sectarijs extricare, ad Catholicos redire. Sed obstat continuum,
 quia mariti sunt, uxores habeant, ad munera Ecclesie obeunda apud
 Catholicos non admittuntur: eaq, de causa uelint, nolint, coguntur
 apud sectarios manere, et in haren conuiescere, demumq, pene una
 cu' ceteris

Tametsi aut dubium non est, quin multo sanctius fecerit Rom. Eccl.
q̄ Græca, quod illa castitatis uotum spondet, atq; ultero obculto,
hæc matrimonij consuetudinem concessit clero. Verūtamen, cum hæc ab
ex istis duobus bonis non uelit eligere quod melius est, concedendum
sane, sicuti quibusdam pijs uidetur, ut eligat, quod dumtaxat
bonum, præsertim cum maritum fieri sacerdotem nulla iuri Di-
uino prohibitum esse existimetur, sed positum uiri subiectum
esse omnes fateantur.

Ex sacris literis, et ex historys Ecclesiasticis notum est maritum
fuisse D. Petrum, et Apostolorum plerorq; alios. quin et Ancyzana
Synodus sancitit Diaconis, si in ipsa ordinatione protestati essent,
se uelle uxores ducere, ac si postea duxissent, in ministerio per-
manere licere. qui aut tacuissent, manusq; impositionem acce-
pissent, his ad nuptias nullum regressum dari oportuisse. Eandem
Ancyzana Synodi sententiam approbavit Nycæna Synodus, quæ
Paphnutio. quamq; uero postea eadem sententia sepius in alijs
Synodis partim concessa, partim retractata est: tamen uel hinc
certum est, siue maritus sit, siue celebs, qui sacerdotium uelit gerere,
positum uiris esse. Ex neg.^m non Diuini, eandem q̄ ob causam m-
tegrum esse Rom. Pont. et Coni. eam celibatus legem, quam antea
certis de causis tulisset, eandem quoq; contrarijs de causis dissolueret,
et hoc sponte sua cum bona gratia largiri, quod alias nulla ui
prohibere queat. Nam adeo inualuit etiam in clero (atq; hec
(qui adhuc reliquus est in Germania) et passim feruens illa con-
trahendi matrimonij cupido ut in Paroecijs uix inter centum
referias unum, qui non sit, aut clam, aut falsam maritus.
Neminimus quod nuper accidit in quadam uisitatione reliquarum

Hungaria, reperiuntur multi sacerdotes contra Catholicos, nisi quod
 calicem populo administrarent, et ipsi duxerant uxores. Deliberatum
 fuit diu pessendine fuerint, an tolerandi potius, si tolerandi: Scis,
 natis malum metuebatur, sin pessendi tria ingentia mala certo
 secutura uidebantur. Primum, quia alij Catholici sacerdotes cali-
 ces haberi non poterant, parochiae uastae, et orbatæ sine Parochis re-
 linquenda erant; secundum, quia miseri sacerdotes coniugali aliunde
 sustentationem habere non potuissent, ad sectarios eos oportuisset
 transire, conimelibusq; uiribus deinceps Catholicos uia oppugnare.
 Tertium, quia cum Parochis Catholicis prelati necessarijsq; ministris
 destituerentur, necesse fuisset tandem Episcopos Diocesanos suae
 iurisdictionem, ipsorumq; demq; Dominicum gregem penitus deserere.
 Cum igitur hac qualitate in positio iure militans, id quærat: an ne
 præstet maribus ad sacerdotium admitti, cum aliquo exemplo
 noua rei; an potius parochias uacuas abijceret, sine pastoribus
 sine administratione Sacramentorum, sine concionibus, populumq;
 uagantem, ac dubium relinquere, et ob hoc nomen maribus Catholicos
 expellere, et hos aduersarijs coniungere, horumq; fabricones nostra
 expulsiōne iuuare, ac demq; occasionem præberet, ut si uacuas Dioceses
 et Episcopatus inuadant, occupent, ac demum ex populo Catholico
 sectarum efficiant. Quamq; uero (quantum ad hos tres articulos, quos
 tam commemorauimus attinet) non dubitamus aliquas Christiana Reip.
 nationes, et prouincias, nihil huiusce in rebus desiderare, ut contra co-
 munes positum iuris Canones, aliquid uel relaxetur, uel dispensetur,
 cum gentes illæ ab hoc Septentrionis malo longius absint: certum
 tamen esse constat, quod hæc Boreales Prouinciae, tum malis alijs
 molestentur, tum alijs quoq; remedijs egeant. Quapropter, quicquid
 in hac nra consultatione de coniugio cleri, de laica cōmunionē

aut de eua

aut de esu carniū, rerūq; in uice positio indifferētium deli-
berandi gratia protulimus, nolimus id sic accipiendam, quasi
omnino necessarium putemus, eius generis dispensationes seu relax-
ationes Canonum ad omnes nationes, regna, et prouincias (Ori-
entis) tranquillitatis, pacifice extendi debere.

No' ad oēs nati-
ōnes extēdi debere

Jam igitur si benigna mater Ecclesia hoc munere gratificata esset,
et laicis, et clericis; his permisso coniugio, illis concessis calice, spem
bonam sibi plerūq; uiri hī pollicentur fore, ut non modo residuus
cætus Catholicorum immunis ab hæreses labe reseruari possit,
sed adaugeri etiam in Catholica religione nra. Putant aut hoc
modo agendum esse. Principio quoniam ualde necessarium uidetur
ut conuena quadam exet Catholica doctrina summa præcipua
complectens capita eorū articulorum, qui nunc potissimum in
controuersia agitantur. quod doctrina compendium populari sibi
contextum esse et perspicuum oportere, omissis subtilitatibus Theo-
logorum spinis, sed plane eiusmodi, quod conueniret captui in-
doctozum Parochiorum. Deinde quoniam uaria passim circūfe-
runtur Dominicalium Euangeliorum postilla (ut uocantur) a
diuersis conscripta authoribus, quozum aliqui parum sincere
parumq; Catholice docuerūt, alij uel nimis obscuri, alij admo-
dum prolixi sunt, operæpretium foret, si Romani Patres talem
postillam ab aliquot doctis, presentiumq; controuersiarū peritis
Theologis conscribi curarent, eo modo, ut in explicatione cu-
iuslibet Dominicalis Euangely, aliquis necessarij locus tratta-
retur, de aliquo articulo Cath. fidei noster nunc controuersus.
et quia sepe sermōnes ad populum habendi alijs diebus siue festis
siue festiuis, esset ualde opportunum, et utile seligi aliquot, cer-
tos anni dies, in quibus alias de Baptismo, alias de Confirmationis
Sacramenti

scribere libet
de doctrina Cath.

De postilla con-
scribenda

de noua agenda

Sacramento, alias de cana dñi, alias de sacramento Penitentia
 et ceteris sacramentis, itemq de ritibus, et ceremonijs Ecclesie
 conciones descripta haberentur. Populus enim ignarus est, et cum
 non intelligit utrumque rerum usum, contemnit ea omnia. Postremo
 et hoc necessarium esse, ut noua agenda quaedam componeretur re-
 tentis antiquis ritibus, et reiectis nouis quibusdam, et non ualde
 necessarijs. Multis enim in locis antiquiores Ecclesiarum ritus penitus
 obsoleuerunt. Hec talia scripta aucta Conc. et Rom. Imperij, ca-
 terorumq (Catholicorum Principum (quippe ut metu horum minus
 resisteretur) edi oporteret, et tradi in cunctis prouincijs Catho-
 licorum Principum singulis Parochis, siue isti Catholici sint, siue
 sectarij, siue Sismatici, et tradi quidem cum hac seueritati ni-
 in expositionibus illi perlatum (quod dici solet) unquam recederet
 in disceptatione controuersiarum a tradita summa doctrina Catho-
 a prescripta Postilla in administrandis Ecclesia sacramentis
 et ceremonijs, a prescripta agenda. Jam uero si qui Parochorum
 aut ministrorum hac talia scripta, aut non recipere uellent, aut
 recepta non fideliter, et re ipsa exequi, tunc demum tempus esset
 uocem uera cum baculis aduersus lupos erigere. Edicendum
 ergo simpliciter, ut qui se huic tam salutaribus mandatis uelint
 opponere, eos ^{gratissimas} Legitimas et Deo, et magistratibus penas esse daturas
 La talis expulso non uidetur ullo modo commotura populum, cum
 publice significare posset, non eos expelli propter puram doctrina
 Euangelij, quam Ap. ca sedes, et Cæs. u. tal sinceram proponi
 uississet, sicut Communio utriusq, Speciei, et coniugium sacerdotum
 testificentur, sed eos exterminari propterea quod uel hanc,
 uel illam haeresim professi sint, quam haeresim nulli indigena
 eius prouincia probare, aut tolerare uelint. Quandoquidem, si
 talis secta inualesceret, periculum non solum foret de imperatoru

animarum salute, sed de ipso etiam statu, et pace eius provincia. Pro-
terea indagari poterit quæ sua cuiusq; talis sectarij Parochi præmata sit
uita, an exminosa, an ob aliquod facinus, uel ob factum aliquod turpe
famosa, atq; si tale quidpiam deprehensum esset, id continuo insimuan-
dum populo tanq; legitima causa amotionis. Non dubium est, quin si po-
pulus audiret sibi ironem utriusq; speciei Parochis coniugij inter se
relinqui, non modo eum talem impurum, et sectarium Parochum expelli
impediturus sit, sed adiuturus potius; præsertim facta spe de successorum
probitate

Parochus nõ
Epis

Ardua q̄stio

Jam hinc grauis incidit quæstio, ac difficilis, cum forsitan tali modo, quo
diximus, ^{mali parochi passim citius} expelli possunt, q; substitui meliores, siquidem illorum magna copia
est, horum ingens inopia. Ad hanc difficultatem amouendam, hæc quæ sequuntur
ualde necessaria esse existimantur.

Primum ut interea donec plures persone colligerentur, unus Catholicus
parochus aliquot Ecclesijs prouideret.

Secundum ut summa diligentia adhiberetur an aliqui ex ijs sectarijs
Parochis possent ad obedientiam Ap^{ca} sedis, et ad ueram Cath. fidei doctri-
nam reduci. Expediret forsitan eos, qui sapioris mentis spem præberent
in proximam Catholicam Academiam mitti, eosq; aliquibus Theologis
mansuetioribus erudiendos comendari; et quo ad necessarium uideretur
ad certum tempus suppeditari eis uilium ab Ordinarijs

Tertium quia nulla alia ratione personarum idonearum penuria suble-
uari potest, nisi publica Gymnasia instaurantur, ubi collapsa sunt,
et ubi adhuc quoquo modo uigent inuentur, atq; amplificentur,
maioribus priuilegijs et opibus. Inuigendum igitur Episcopis
ut qui ipsi Academias non habeant in uicinia, eorum aliquot colle-
gium quoddam pro Theologiae studiosis erigant, a latq; Archiepis-
copus in eo collegio uiginti adolescentes, alij Episcopi denos, Ca-
pitulum

De aliendis
Audioris

Capitulum Cathedralis binos, et quilibet Monasticus Praelatus totidem. nec suscipiatur adolescens, in tale collegium, nisi annos decem et octo natus, et iam in Philosophiae praeceptis medioeriter eruditus stipendium sufficiens ordinandum cuilibet, et in annos quinq; hae lege, ut se datis sponsoribus obliget, quod velit evolutis quin quennio maiores sacros ordines suscipere, et patrono Episcopo suo pra alyis inservire: aut si horum neutrum, uel alterutrum non uellet facere promitteret acceptam pecunia summam uelle restituere. De hac, circularibus Scholis, et domesticis eadem cura esse deberet: sed de his alibi, et comodius, et fusius poterit dici.

Quartam, quia uero plerumq; homines imperiti, nec satis firmato iudicio sunt, nonnulli Parochi, qua de causa infirmitati illorum succurrendum erit. legunt hi extra iudicium duos uis auctores probati ne sint, an improbi in doctrina Cath. fidei non dijudicantes, plerumq; ad deteriores magis propensi, q; ad bonos.

Quapropter, non inopportunum fore uideretur si certus authoru Catalogus publica aucte edibus comendaretur. Compendium totius Theologiae nullum extat concinnius, q; Petri Longobardi, quem Magistrum uulgo uocamus, et illa Epitome qua merito authori Theologicae ueritatis compendium inscribitur. Extant etiam huius temporis praecari eius gnus scriptores Woffensis, Clibstoneus, Pighius, Ceehius, Dominicus Solo, qui non modo aetioribus Methodis sunt complexi controuersas horum temporum, sed etiam eorum quidam postillationes super Euangelia, et Epistolas Dominicales ediderunt. Sunt et horum similes pleriq; alij quorum delectus nominatim Parochis publica aucte inungi debet. Eadem cura Ludimagistris adhibenda, ne quid docerent uel sacris, uel profanis autoribus, quod a Cath. fidei regula discreparet. Extant multi

diversorum auctorum. Catechismi, ut P^m Merspurgen, Jesuitarum, ut
Geoperti, et similium. Ex his unus, aut alter, quasi ordinaria insti-
tutionis in puerilibus Scholis semper proponi deberet, nec alij
consensum ordinariorum usq; admitti.

Sextum, huius negotij quasi complementum esset, si in latioribus
Catholicorum principum provincijs plures Epatus erigerentur,
quemadmodum Sereniss^{us} Rex Hispaniarum, PHILIPPUS fecit in
Belgia. nam sunt passim Episcopatus complures, quarum Diocesis
ad quadraginta, ad quinquaginta, ad sexaginta Germanica
miliaria patent. qui aut potest fieri, ut unus Epus tam presul,
tamq; circumfusus, quoniam modo presit clerus, quo pallo obediat
populus, dispiciat? Estne verisimile quod unus Epus per unum
vel alterum Vicarium tam longe, fuseq; patentem Diocesim
legitime, et cum fructu administrari queat? Compositum est quod
in aliquibus tam magnis Diocesibus intra annos sexaginta
neq; ulla visitationes habita sint, neq; ulla Synodi Diocesana
celebrata. qua interea in istas Diocesos irrepperint secta, et
quantam haec in populo stragem dederint absq; ingenti dolore
cogitari non potest, nedum cerni coram. Quam ob causam non
dubium est, quin si S. D. N. et haec sacrosancta synodus hoc negotium
quale sit accuratus perpenderit, daturi operam sint, ut plures
Episcopatus in istis locis, ubi maxime necessary erunt, constituentur
sunt passim opulenta cenobia, qua cum alias partim penuria per-
sonarum, partim fraude, et iniuria Praelatorum sensim reddeant
ea sane in hunc usum praesentem fructuoseq; converteri. Nec plane
transmutatio haec res nova est, cognitum est enim, quod ante
aliquot annos cum ea haeresim perhis nondum ita, sicut nunc se

virent

urget, Rom. Pont. non modo permiserit, sed adiuuerit etiam in Azebi
 ducatu Austria ex Monasterijs Episcopatus erigi, atq; fundari. que
 quidem complurium Episcopatum erecto non tantum nunc rem Ca-
 tholicam uehementer subleuatura uideretur, cum multi pastores lu-
 pram fraudem tum indagare citius, tum auertere efficacius possent,
 quam unus. Sed etiam in posterum cauere uigilantius, ne hoc luporū
 greges in sua ouilia irrepere adeo frequentes, sicut hactenus factū
 est, et adhuc fit. Considerent itaq; hoc negotium sacrosancta synodus
 et quid legitimū ea in re Catholica religioni opportunum iudi-
 cauerit, id pro sua erga Ecclesiam pietate Cæs. M. V. aditura est.

Tertio loco dictū fuit aliquam de Ecclesiasticis bonis mentionem
 inueniendam esse, quando nonnulli forsitan, non malo quidem zelo,
 at parum tamen, (ut res ipsa loquitur) tempestiue clamitent, prius
 clerum restitui in integrum deberē, quam ille teneatur ullam subiect
 censuram de moribus. In eoq; persistunt pertinaciter, rati hoc onus
 nulla noua lege imponendum sibi, nisi antea istud antiquum resti-
 tutionis ius obtinuerint. Quamq; si in hoc grē contentionis ad
 amissum antiqui iuris exigi res deberet, nemo ita legum Romanarū
 ignarus est, quin mox in promptu habeat, quid censere recte statui
 oportere. at uero secus suadet charitas Christiana, hęc etenim
 non querit, qua sua sunt, non exasperatur non reputat malum.
 Caduca hęc negligit, ut obtineat aeterna. Itaq; Saluator non
 tunicam quidem si quis eam petat, sed pallium quoq; dandum præ-
 cepit. Et si quis alapa in dexteram impingat, eidem et sinistra
 præbendam esse. Istiusmodi tempora nunc omnino esse uidentur
 Ecclesiastica bona erepta sunt. Est quidem hęc in unam maxillam
 alapa grauis. Quid facis autē? præbe et alteram, sinasq; et morū
 in te censuram statui, siquidem hęc Christianorum patientia est
 et humilitatis exemplum Videlicet qua lege inferiores teneri

De no repeten
 bonis Ecc. cis

uelis ab eodem et, qui sis superior, non solutum putare. Quapropter
etiam si temporalia bona depereant, ut quaedam temporis, alias non
semper mansura. Ideo ne aeterna bona quae perire non possunt, uolumus
sponte nostra abijcere? atq; fieri potest, quod his temporalibus bonis
aliqui impie uti sint, quae olim pie fuerant a maioribus nostris Ecclesijs
collata.

Negari non potest, quin harum iustis de causis ab his qui Augustanam
confessionem profitentur, sua Ecclesijs bona erepta sint, et in usus con-
uersa prophanos, milleq; iam modis distrahta, diuendita, atq; adeo uarijs
artibus alienata, ut recuperatio uix possibilis, praesertim hoc tempore
credi possit, malle enim illi uidentur ad obedientiam Catholicae Eccle-
siae reuerti, q; unq; cogitare de restitutione. Itaq; Rom. Patribus
paternè cogitandum relinquitur, an non praestet eas nunc dissimu-
lare iniurias, nec id iam frustra iure repetendum putare, quod
omnes prudentes uiri, nulla ui recuperandum cernunt, sed id
enitendum potius, quoniam modo, quibusue consilijs infirma pereli-
tantes animae, quarum una cunctis mundi thesauris pretiosior
est, a sempiterno interitu liberare possint, q; quo iure rerum tem-
poralium, quae uniuersa quavis anima uiliores sunt, uindicanda
ruina? Nec dubium est quin eo respexerit Conc. Basileen. atq;
imp. Sigismundus Christianus. Princeps, quando Hussitas
passus est sibi reconciliari, tanta amultia eorum bonoru, quae illi
Ecclesijs ademerant, tenentq; in hunc usq; diem. Credibile aut
est, quod eam cum Hussitis sacienda concordia conditionem, huius
Imperatoris pactus non sit absq; consensu Ag. sedis siue expresso,
siue tacito

Falci Imp.
Sigismundi

Regina Angliae. Quin et hoc non ignotum, quod sanctiss. femina Maria Regina
Angliae

Anglia, cum supra omnes humani ingenij vires hæereses regno suo
diminutas expulisset, et veterem restituisset Catholica religionis unitate,
restitutionem tamen temporalium honorum ita non urisit, quæ minoris
fecit, ut instaurationem Christiana fidei, quam semper fecit maximi
urisit non tantum, sed plane in integrum restituendam constebatur.

Imitanda hæc exempla erunt nunc omnino S. D. N. cæterisque Romis pa-
tribus in Trident. Conc. congregatis, quando forte aliqui ad receptionem
Cath. fidei citius, q̄ ad restitutionem Ecclesiarum opum induci possi-
videantur

Restant tandem ea, quæ in fine huius scripti annexenda videbantur
quorumq; Cæs. u. v. Christian. Rom. Patres Concilij ab se benigne admo-
nitos esse uolet. Auditur enim, spergiturq; ea fama iam passim non
leue certamen inceperunt inter Patres Concilij, cum alij residentiam
Prælatorum Divini iuris esse uelint, alij contra humanam. Causa conten-
tionem quandoquidem Tridenti non queat inter Patres Concilij componi
una parte consentiente, refragante altera, Romam ablegatam, ut ibi adiu-
dicetur in Consistorio. Fuit eadem ista quæstio antea quoq; disputata Triden-
inter Theologos, et non ita multum post contrariis libris publicè editis
diuulgata, magno quidem cum dolore Catholicorum, sed non absque
singulari aduersariorum triumpho. Videhæc tam etiam esse inter
Pont. ecclias, atq; dispersiones, quemadmodum quidam horum ea de
re scribens uolenter ad Catholicos exprobat, quid futurum erit
si certamen id non inter unum, uel alterum Theologum, sed inter
ipros Concilij primarios Patres exarsisse, aduersarij intellexerint
Sunt uiri pii, qui uerentur, ne ex ea ista disceptatione mox alia
sequutura sint multo periculosiora: cum si altera pars, quæ in Rom.
curia Consistorio non consentit, auctoritatem Concilij, uel ipsa summo
Pont. preponendam censeret, posset hæc contentio (quod Deus clementer

duertat) uniuersi Concilij fundamentum penitus labefactum. Concordia ueritatis, error est discordia dissipationis mater, si Theologi
pauatis dissentientium Scholasticorum Doctorum opinionibus, pro se
quisq; indulgere uolent, quis erit rixandi finis? quam definiunt
absq; contentiosa liti questionem? confestim initio impingetur,
in medio haerebunt dubij, in fine discedent re infecta. Notum
est enim quam uaria sint, et quam perplexa disputationes de Iustitia
originali, utrum protoplastus in sola Iustitia creatus sit, absq; gratia
gratum faciente, an in utraq; simul. Tum uero in articulo Iustifi-
cationis, q; litigiose contendere solent Theologi, sit ne creatas
an uero gratia Iustificationi formali? Itemq; de constitutone
gratia q; uehemens altercatio, et plena offendiculi superioribus
annis in eodem Tridentino Concilio, fuit excitata.

Has sane, harumq; consimiles tam contentiosas disceptationes cum au-
diunt Sectarij inter Patres exerceere, tum illi gaudere taciti, atq; excu-
sare suas haereticas dissensiones exemplo litium nostrarum. Quoniam
uero animaduertitur Christiani orbis in eum unitatem ex unitate
Catholicae fidei pendere, bellumq; sectariorum esse pacem Ecclesiae
et destructionem haereses. Eam plane ob causam perq; benignè P. mos
Patres Concilij praesidentes admonendos esse iudicamus, ut dent
operam ne istiusmodi questiones quae offendiculis contentiones parere
possunt uel propterea omnino, uel si omitti nulla ratione queant, non
in bitem effundi, nec efferi in fabulam aduersariorum patiantur.
Non enim illi quicq; eorum quae pacifice, atq; salutariter istric gerentur
audient libenter, sed quae temperam, quae litigiose, quae hostiliter
ut mdd

ut inde possint fumos aliquos arripere: quibus decepto populo lucem
 veritatis obscurent, errores suos tegant, ob istas sane causas, et propter
 gravissimas alias rationes quae minime consulti pretereuntur
 mallet graves vii: ab omni dogmatum eorum: de quibus hae
 etate nostra, cum seclorum primarijs duobus est e' ecclesie contro,
 versia penitus abstinere tantisper donec primo quog tempore
 opportuna occasio, quam pii vii seui oblaturum vii sperant
 preberetur

Hae quidem sunt capita eius deliberationis, quam S. C. N. V.
 nos sibi consecraverit voluit: quae plane eiusmodi est S. Caesar, ut
 sicuti fortasse ulterius cogitandi occasionem Deus Patribus preber
 possit, ita ut aliquid vel docere vel prescribere debeat vel
 videri id nequaquam est cogitationis nostra, sed hoc operam dedimus
 potissime ut tam sacrosancti instituti principum hio studio nostro
 incitare, atq; promovere velle cognosceremus, nihil enim hae in
 deliberatione quaeritur cupidius, nihil studetur ardentius, q; ut
 huius sacrosanctae synodi omnes conatus, atq; labores, omniaq;
 studia eo uezzant, atq; dirigantur quo veritas Cath. fidei defendi
 possit, errores refutari, enormesq; tam populi q; cleri mores
 reformari, ac tandem sua pax restitui s. matri Ecclesiae, ad glori
 am divini nominis, et ad aeternam salutem incolumitatemq; gnis
 humani Ea quidem de causa S. Imp. cum hanc noam erga C. N. V.
 declaramus debitam obedientiam, et sincero quodam, et in Catholicam
 religionem devoto, ac in sedem Apostolicam observandissimo
 animo eam istam deliberationem noam, licet ex infirmo iudicio

ex Christiano tamen certè pectore, et Catholico profectam offerimus
Speramus S. Caesarea. n. v. fore eam non ingrati, nec Timos
Tuden' Concilij Patres in malam partem interpretaturos esse
Sed multo magis voluntatem nrām q̄ ingenij vires ponderaturos
atq̄ hic nunc unice eriti nolle ut tandem ut prorum, qui nunq̄
cessant pro felici successu vstris: Concilij ardentes preces ad
Deum funderē suspirijs, atq̄ sanctis votis aliquando satisfacere
cisa videantur.

Eiusdem S. Caes. n. v. Ura

Fidelissimi et humillimi
servitores

N. deputati ad Consultationē
de articulis reformationis
in Conc. Truden' propositis

...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...
...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...
...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...

...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...
...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...
...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...

Multa iniquitate ponuntur, que ut supra videtur, velut de eorum privilegio
...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...
...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...

Ne dentur dispensationes, que ad plura beneficia
...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...
...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...

Ut arguatur, scilicet, non collegio, quod est servandum, sed
...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...
...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...

Ne in residentibus, et in aliis, nec in aliis, et in aliis, et in aliis,
...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...
...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...

Ne et in aliis, et in aliis, et in aliis, et in aliis, et in aliis,
...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...
...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...

Ne quoque, in aliis, et in aliis, et in aliis, et in aliis, et in aliis,
...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...
...auctoritate ... auctoritate ... auctoritate ...

